



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S.  
Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ  
extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

**Bacon, Francis**

**Francofurti ad Moenvm, 1665**

Medicinæ Ad Longævitatem. Ad Artic. 10.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5**

que nihil habebant Speculationis Profundioris, sed ex Senſu Communi, & Opinionibus vulgatis, abſque Inquisitione acriori, in omnem partem placide diſputabant, ſimiliter bone ; quales fuerunt Carneadis, & Academicorum; item Rhetorum, & Grammaticorum : At contra, Philosophia in Subtilitatum Moleſtias verſantes, & Pronunciatiæ, & ſingula ad Principiorum Trutinam examinantes, & torquentes, denique Spinofores, & Anguſtores, male ; quales fuerunt, plerunque Peripateticorum, & Scholasticorum.

49. Vita Rusticana item ad Longevitatem idonea; Frequentia ſub Dio, & Aere libero; non Socors, ſed in Motu; Diſpibus plerunque Recentibus, & inemniis, ſine Curis & Invidia.

50. De Vita Militari, in Juventute, etiam bonam habemus Opinionem ; Certe complures Bellatores egregi longævifuerunt; Corvinus, Camillus, Xenophon, Agenſilas, & Alytam Prisci, quam Moderni: Prodeſt certe Longevitati, ſi in Juventute, ad ætatem Provellam, omnia creſcant in Benignius, ut Juventus laborioſa, Dulcedinem quandam Senectutis largiatur : Exiftimamus etiam Affectiones Militares, ad Contentious ſtudium, & ſiem Victoria, erectos, talem infundere Calorem Spiritibus, qui Longevitati proficit.

### M E D I C I N A E AD

#### Longevitatem.

##### Ad Artic. 10. Connexio.

**M**edicina que habetur, intuetur fere tantum Conservationem Sanitatis & Curationem Morborum; de iis autem, que proprieſtateſtant ad Longevitatem, parva eſt Mentio, & tanquam obiter. Proponemus tamen ea Medicamenta, que in hoc genere notantur, Cordialia ſcilicet que vocantur. Etenim que ſumpta in Curationibus, Cor & (quod verius eſt) Spiritus muniunt, & roborant, contra Venena & Morbos, translata cum Judicio & Delectione in Dietam, etiam ad Vitam producendam, aliqua ex parte, prodeſſe poſſe, conſtantaneum eſt. Id faciemus non promiscue ea cumulantibus, (ut moris eſt) ſed excerpentes Optima.

1. Aurum riſiplici Forma exhibetur, Aut in Auro (quod appellant) Potabili; aut in Vino Extinctionis Auri; aut in Auro in Subtantia; qualia ſunt, Aurum Foliatum, & Limatura Auri. Quod ad Aurum Potabile attrinet, capit dari in Morbis deſperatis, aut gravioribus, pro egregio Cordiali, atque ſucessu non contemendo. Verum exiftimamus Spiritus Salis, per quos fit Diſſolutio, Virtutem illam, quare reperitur, largiri potius, quam ipſum Aurum; Quod tamen ſedulo celatur : Quod ſi aperiri poſſit Aurum abſque Aquis Corroſivis, aut per Corroſivas, (modo abſit Qualitas Venenata) bene poſtea abluitas, Rem non inutilem fore arbitramur.

2. Margarita ſumuntur aut in Pulvere laevigato, aut in Malagmate quodam ſive Diſſolutione, per Succum Limonum impeneſe acerborum, & recentium; atq[ue] dantur aliquando in Confectionibus Aromaticis, aliquando in Liquore. Margarita procul dubio affinitatem habeat: cum Concha, cui adbarerit; & poſſit eſſe ſimilis fere Qualitas cum Testis Cancrum Flaviatilium.

3. Inter Gemmas Crystallinas habentur pro Cordialibus præcipue dua; Smaragdus & Hyacinthus;

qua dantur ſub iisdem Formis, quibus Margarita, excepto quod Diſſolutiones earum (quod ſcimus) non ſint in uſu. Verum nobis magis ſuſpetta ſunt Gemmae ille Vitrea, ob Aſſeritatem.

[Monitum.] De his, que memoravimus, quatenus & quomodo Juvamentum prebeant, poſtea dicetur.

4. Lapis Bezoar probata eſt Virtutis; quod Spiritus recreet, & lenem Sudorem provoker. Cornu autem Monocerotis, de Existimatione ſua decidit; ita tamen ut gradum ferat, cum Cornu Cervi, & Osſe de corde Cervi, & Ebore & ſimilibus.

5. Ambra Grifia ex optimis eſt, ad Spiritus demulcendos, & confortandos. Sequuntur Nomina tantum Simplicium, cum Virtutes ipsarum ſatisfiant co-gnitione.

#### Calida.

Crocus.

Folium Indum.

Lignum Aloës.

Cortex Citri.

Melissa.

Ocymum.

Caryophyllata.

Flores Arantiorum.

Rosmarinus.

Menta.

Betonica.

Carduus Benedictus.

#### Frigida.

Nitrum.

Rosa.

Viola.

Fragaria.

Fraga.

Succus Limonum dulcium.

Succus Arantiorum dulcium.

Succus Pomorum Fragrantium.

Borago.

Buglossa.

Pimpinella.

Santalum.

Camphora.

[Monitum.] Cum de iis jam Sermo fit, que in Dietam tranſerſi poſſint; Aquæ illæ Ardentiores, atque Olea Chymica, (que ut ait Quidam ex Nugatoribus, ſunt ſub Planetæ Martis, & habent Vim furioſam, & deſtructivam) quinetiam Aromata ipſa Acria & Mordacia, reſicienda ſunt; & evidēdum, quomodo componi poſſint Aquæ, & Liquores ex Precedentibus, non Phlegmatica illæ ſtillatice; neque tursus Ardentis ex Spiritu vini, led magis Temperatæ, & nihilominus vivæ, & Vaporem benignum ſpirantes.

6. Hefitamus de Frequenti Sanguinis Miftione; utrum ad Longevitatem conſerat, & porius in easimus Opinione, quod hoc faciat, ſi in Habitum verſa fuerit, & cetera ſint accommodata; Etenim Succum Corporis Veterem emittit, & Novum inducit.

7. Arbitramur etiam Morbos quodam Emaciantes, bene curatos, ad Longevitatem prodeſſe; Succos enim Novos præbent Veteribus conſumptis; atque (ne ait ille) Convalescere eſt Juvenescere; Itaque inducendi ſunt tanquam Morbi quidam Artificiales, id quod ſit per Dietas ſtrictas, & Emaciantes, de quibus poſtea dicemus.